

I. Beverouicio

(261).

Cogis me stilum vertere, Beverouici Doctissime, vel totum
aureum optare, quo nuper ut naturam plumbeo, ferream
tamen censuram strinxi in Puteani nostri apinas Bissocibus
materiam parum ejus qui scripserat aequam viribus, et
non dignas spinas, ~~et~~ inter quas obreperet summam rerum
capax ingenium. Tam praecipiti sententiae quod cum
Heinsio ad stipularis, in tuto me et securo locas. sed et stilum
quod incepi dicere vertenti, ne nunc quidem ad ueris, rogo
Aureo enim, si ad manum aut in potestate mea sit, nunc
plumbeo iterum posteritati tradam, prodixisse a te de calculo
libellum non omni solum meliore calculo dignissimum
sed aureum. ^{verbo} O hominis! exclames, si, ut res est, vis
a me inspectum scias, quod jam nunc commendo. At nec
vesica nec renibus debetur, quam apud me existimationem
longo praesidio possides. Non tam recenti nomine notus
mihi aut charus es, non jam frequenti, est, quod ne caui
quidem cognitam, securi de te pronuncio, et secundum Te.
Sed quod scire te imprimi volo, accessit nunc generosa liber-
tatis professio, qua me in partes ilico pertraxisti. Prae-
sentis itaque ut sentis, legi, et pauca capitum, quibus
cum tuo jure a quolibet Aristotele vel Galeno, ubi expedire
videbitur, dissentire instituas. facis hercule rem te dignam
et ob quam pauci usurpatam taderet me hodie tot libel-
lorum, quos ex ore nempe dictantis Magistrilli exceptos
tanquam suos tamen et novos putidi scriptores venditant
ut me quidem sapissimos ad hoc Philosophi indignantis
adigunt. Quousque eadem? Sanius ergo tu doctusque
fieri illud posse probas, ut non omnia praeciderint, qui
ante nos fuerunt, et superesse et super futura utique ubi
nova de posteritas exerceat. Eiusdem sapientis est quem
huc adducis, multum egisse qui ante nos fuerunt, sed
non peregisse. Huius effato, mi Beverouici, aut subscriben-
dum est, aut non subscribendum. quorsum enim quae
venustius olim elegantiusque prisca extulerunt, alii aliis
verbis saepe quidem nec bonis, nec congruis, certe non
natis, non vernaculis obtrudi nobis patiamur? Sed
ut re et verbis patam facis, monitione ad haec non eget
censor

censor ipse et corrector saeculi ineptientis. Habes quae ad calcu-
 lum tuum proferre valui. Curtam pauca tam jejune ex
 epigrammatis colliges, quo fraudem opusculi, brevi impetu
 commaculavi. Brevis scilicet, ut meae sortis esto nosti turbida
 rotantis, et in singula momenta transversim actae. Ignosce
 et inter nos has nugas perire sine si me amas, qui te colo
 5. Januarij 1638. Totus tuus.

Hortensio.

Districtus tot negotiis Hortensi doctissima, quot nobis nosti
 in frustra diem discerpere, securius eo distuli ad binas tuas
 rescribere, quod cum separatus comitiis ad vos rediret Amplissi-
 mus Borrelius, ab illo te certiore fore sciebam omnium
 eorum quae hic Haga circa negotium Galelesium adminis-
 trata essent. quod a me porro petisti, ut Celsissimo Principi
 ad rem fovendam atque propellendam auctor essem, tanto
 impetu a me procuratum est, ut praesens facile judicasset
 nihil calcari opus esse equo tam sua sponte currenti. Neque
 dubium est, si consulatur, opera mea fructum persequutos,
 qui hoc in mandatis habituri sunt. Passim denique et ubi
 cumque cum profectus fieri posse videtur maxima rei ineffabile
 momentum, et nimis quam paucis perspectam utilitatem
 totis viribus inculcatum eo. Celsium postremo ante paucas
 dies tam incitato sermone concussi, ut se receperit quam
 primum ullo pacto fieri possit, Hollandica de profectione tua
 vel deliberationem vel decretum ad Ordines Generales perta-
 turum, ut grave, scilicet, negotium, quia ad aerarii angustias
 pertinet, senatus consulto tamen sanciatum. Haec apud
 clarissimum deodatum, si quando ad eum rescribis, ut commemo-
 mores a te peto. Cum tot amici enim tui Hortensi, qui
 ad me singuli... .. literarum ^{multitudine} dant, ut paria facerem
 plane potis non est, atque adeo molestus aliquando non
 nullus esse cogor, ut plurimis fiat satis. Ex dissertatione
 tua, gloriari audeo, parum esse quod didicerim, non utique
 rei Astronomicae tam rudis tiro, ut hoc nomine docenti
 debeam, quantum quidem debituras credo (quo et collimasti)
 procerum plerosque, qui ad istas fere fortiter caecutiunt
 atque ut hodie vixit adeo terrenis implicantur, ut in-
 mentem vice coacti illud revocent, cui mundi melioris
 origo os hominum sublimis fecit, neque cum sideribus
 vel hoc tantillum institueret commercii dignentur, quod
 ne negligatur etiam huius quo in terris occupantur, quam
 maxime interest. Proinde ne me absolute rigidum
 Censorem agere doctoris mei censeas, aio te, quam potissimum
 facili